

Právo osob

Čl. 982

Non est pupillus, qui in utero est.

Čl. 956

Qui mortui nascuntur, neque nati neque procreati videntur, quia numquam liberi appellari potuerunt.

Čl. 1022

Sicut in appellacione „filii“ filia familias contineri sepe respondemus, ita et nepos videtur comprehendti, et „patris“ nomine avus quoque demonstrari intelligitur.

Čl. 1029

Is, qui natus est (ex) mancipiis urbanis et missus est in villam nutriendus, et urbanus servus constituetur.

Čl. 1055

„Pupillus“ est, qui, cum impubes est, desiit in potestate patris esse aut morte aut emancipacione.

Čl. 1017

Familie eciam appellacione et ipse princeps familie continetur. Feminarum liberos in familia earum non esse palam est, quia qui nascuntur, patris non matris familiam secuntur.

Čl. 14 De actore pater familias

Paterfamilias in causis quibuslibet, si vult, potest pro uxore, pueris, servis et ancillis commensalibus iudicialiter agere et respondere.

Čl. 741 De mulieribus, quantum ad arbitrium

Secundum rigorem iusticie mulieribus non est arbitrium comittendum, nam iuxta regula iuris civilis femine a publicis officiis sunt remote.

Cl. 455 De testibus furti

In furti accusacione mulieres testes non esse possunt.

Cl. 1003

Paterfamilias liber vel miles „peculium“ non potest habere, quemadmodum nec servus „bona“.